



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Minister communionis sacramentalis multis potest inuolui peccatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

*Minister communionis sacramentalis
multis potest inuolui peccatis.*

Communio ex parte ministri multis potest peccatis inuolui. Et primò, si ipse qui dat sacramentum, non sit sacerdos curatus, aut ab eo vel superiore licentiam habens. Oportet enim nisi necessitatis articulo urgente (in quo diaconus de licentia Episcopi vel presbyteri supplere potest: ut habetur distin. xciii. in capit. præsenie, & sine licentia, illis absentibus: ut in cap. diacones. eadem xciii. distin.) ministrante in esse sacerdotem: ut in c. peruenit. de cōsec. distin. ii. & cum illius habentem, vel de illius licentia: ut in clem. religiosi, de priuileg. Communicans autem alienū parochianum, peccat, ius violans. nisi sub ratificatione spe hoc faciat. Et si religiosus est, excommunicatus esset: de quo tamē ut infra inter excommunicationes habes, sentias. An autem à seipso extra sacrificiū Missæ liceat sacerdoti sumere Eucharistiam; licet sancitum legisse non meminerim, puto in necessitatis articulo licere, ut si sacerdos sit peste laborans, vbi alii timent ei appropinquare, qui tamen ei deferrent corpus Christi ad locum propinquum. Secundò, si vbi non est consuetum, presumit dare Eucharistiam sub utraque specie: peccaret siquidem & mortaliter, ratione contemptuæ præsumptionis. Tertiò, si pueris ante discretionis annos aut à nativitate amentibus, aut indignis, ut sunt excommunicati, interdicti, in publico peccato existentes (quales sunt meretrices, lenones, in concubinatu morantes, publici usurarii, pugnantes in duello, & alii huiusmodi) Eucharistiam tribuat sciens. Infantes enim, & nati amētes non sunt digni: quia nunquam fuit in eis deuotio: & propterea peccatum interueniret. & nisi sic fieret quod à contemptu explicitè quam implicitè excusatetur, mortale estet;

est. In reliquis verò dictis peccatum mortale mani-
festè interuenit, consentiendo & cooperando ut Eu-
charistia ab indignis sumatur, imò sanctum dando
canibus. Quartò, si Eucharistiam det in loco inter-
dicto: quia contra prohibitionem Ecclesiæ. Aduerie-
tamen, quod quandocunque, & ubique, & qui-
buscunque potest dari sacramentum pœnitentie, po-
test etiam dari si in articulo mortis est, viaticum: quia
pro eodem computari decernit ius. de pœnit. & re-
mis. capi. quod in te. Debet tamen prius prouideri
scandalo, ut scilicet publicetur cum opere dimissum
concubinatum, aut usuram &c. alioquin scandali pec-
cato offendit populum sacerdos dans Eucharistiam.
Quinto, si det irreuerentiam exhibentibus sacra-
mento, vt sint phrenetici, expuentes &c. effet enim facile
peccatum, & sibi, non illi extrà se constituto im-
putandum. Sexto, si infirmus viaticum, & iis quibus
debet sacramentum hoc ministrare omisit: raro enim
hæc absque peccato eueniunt negligentiae.

Vitium concubinatus detestandū, et quare.

Concubinatus non solum includit peccatum mor-
tale fornicationis, sed addit statum peccati mor-
talis. Et propterea ad sui veram pœnitentiam exigie-
non solum omissionem actus carnalis, sed recessum à
tali statu.

*Crimen concubinationis respectu officiarij
semper est mortale.*

Concubinationis crimen (quo quis habens potesta-
tem vel officium, pecuniam accipit ad iudican-
dum aut decernendum, quod magis vel minus faciat
quod debet, vel per minas cogit aliquem ad facien-
dum vel non faciendum) est manifestè mortale pec-
catum contra iustitiam.

Sacra-

illis
st pec-
amen-
periore
is arti-
biscopi
n. xciii.
s: vt in
m esse
& cu-
clem.
nū pa-
tionis
icatus
tiones
Misse
cicum
ticulo
imenter
orpus
i non
vtra-
tione
s ante
, aut
blico
es, in
entes
buat
igni:
pec-
ntru
rrale
stet,